Acceptio munerum eſt cau
ſa ſymōie.ideo de filijs ſamu
elis dicitur. Declinauerunt
poſt auariciam ꝛ ſuſceperunt
munera.i.Reg.viij. Quia gie
zi recipit munera.pro ſanatio
ne naaman accepit cuꝫ lepra
iiij.Regū.v. Propter munera
que promiſit iaſon anthiocho
ſummum ſacerdotium occu‑
pauit.ij.macha.iiij. Alchimꝰ
cupiens fieri ſummꝰ ſacerdos
de merito coronam aureā pre
ſentauit.ij.Machabe.xiiij.ſy
mon magus voluit ſpiritūſan
ctum pecunia ꝛ muneribꝰ cō
parare dicēs. Date et mihi hāc
poteſtatem vt cuicunqꝫ impo
ſuero manuſ accipiat ſpiritū
ſanctum.actu.viij. Accipe‑
re poſſunt munera deo ſeruē‑
tes ꝛ pauperes a diuitibꝰ ad
deum placandum In cuius fi
gura iacob miſit frī ſuo mune
ra vt placaret cuꝫ.Gen.xxxij
Munera obtulerunt filij iſra
el ad opus tabernaculi quan‑
tum oportebat in opere.Exod
xxxvi. In ſignum ꝙ munera
danda ſunt deo dedit regina
ſaba ſalomoni.centum vigin‑
ti talenta auri.iij.Regū.x.In
perfectō amon iudei pauperibꝰ
largiti ſunt elemoſynam. He‑
ſter.ix.In cuius etiam figura
ionathas dedit alexandro mu
nera .ꝛ inuenit gratiam corā
eo.i Macha.x. Accipi nō de
bent munera de alieno.ſed de
proprio.vt deo ſit placitū. Ideo
dauid noluit offerre ſacrificiū
de munere alieno.ij.Re.xxiiij.
Rex achas ſpoliata domo do‑
mini miſit munera regi aſſyri
orum.ſed nihil ei profuerunt.
ij.parali.xxviij.Magi apertiſ
theſauris ſuiſ nō alienis mu
nera.i.aurum.thus.ꝛ mirrhā
deo obtulerūt.Mat.ij. Duo
minuta paupercule vidue pro
prio queſita labore a domino
diuitum muneribus preferū‑
tur.Luce.xxi.

Capitulum.3.

De accidia.

Accidie vicium

Requirit reprehenſionem.
Requirit tranſgreſſionem.
Inquirit mortis occaſionē.
Exquirit punitionem

Accidioſi
reprehendendi ꝛ ſoli‑
citandi ſunt a patribus diui‑

mis ꝛ prelatis. Ideo iacob accidioſus filios increpauit ꝛ ſollicitauit dicens. quid negligitis. gen. xlij. Propter hāc cauſam precepit iōas leuitis vt eſſent ſolliciti qui negligentes erāt. ij. Paral. xxv. Redarguit dominꝰ in ſua parabola ocioſos ꝛ remunerauit operanteſ Matth. xx. Dormiebat ionas ſopore graui ꝛ gubernator nauis redarguit eum ione. i. Redarguit dominus dulciter diſcipulos qui ſecum vna hora nō poterant vigilare. Math. xxvi. Accidia eſt cauſa quaſi omnium peccatorum. vnde filij iſrael manducantes panem angelorum attediati ſūt accidioſi murmurantes viles egipti cibos deſiderare ceperūt vbi patet ꝙ accidia fuit eiſ cā murmurationis impatientie corporalis deſiderij ꝛ mendacij. Nume. xi. ꝛ. xxi. Tempore belli manens dauid ocioſus in domo adulterium ꝛ homicidium cōmiſit. ij. Regꝫ. xi. Cum dormirent homines pꝰ ſeminationem ſeminis inimicus homo ſuperſeminauit zizaniā. Mat. xiij. Accidia ē cauſa corporalis ꝛ ſpiritualis mortis. Ideo zizara iacens oppertus pallio clauo cōcuſſus eſt in terra ayahel vxore abel cinei. vt habetur Iudicꝫ. iiij. Sampſon dormiens inter genua dalide fuit captus cathenatus et mortuus. Iudi. xvi. Quia abner negligenter cuſtodiebat ſaul poterat eum dauid occidere ſi volebat. i. Reg. xxvi. Iſboſeth dormiēs ſuper lectum a latronibus principū occiſus eſt. ij. Regu. xxiiij.

Accidioſos punit deus grauiter. Nam quando cepit populum tedere itineris et laboris locutus eſt contra moyſen dicēs. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Iō miſit dominus ſerpentes igneoſ qui populum occidebat. Numeri xxi. Virgines dormientes et lampades accenſas. lucidi opera non habētes a ſpōſo celiſtis nuptijs ſunt excluſe. Mat. xxv.

Capitulum. 4.

De adoratione dei.

Adorandus ē deus ꝛ colendꝰ.
Cum bonorum oblatione
Cum verborum oratione
Cum templorū fabricatiōe.